



## Universitätsbibliothek Paderborn

**Dn. Conradi Clingii Theologi Et Ecclesiastae Celeberrimi  
(dum vixit) apud Erphordiam Turingiæ, Catechismvs  
Catholicus, summam Christianæ institutionis IIII. libris  
succinctim complectens**

**Klinge, Konrad**

**Coloniae, 1570**

**VD16 K 1309**

3. Quomodò punitur à Deo & ab Ecclesia.

**urn:nbn:de:hbz:466:1-29452**

furanter ut esurientē impleant animam: illi autem cūm sint sine punitione & in magno precio, similes sunt vermbus in nuce vel pomo deuorantibus, & exhaudentibus omnem substantiā: sic usurarij totius Reipub. substantiam ad se trahere nituntur: & ibi nullus timor Dei, nulla conscientia. Tales vocat Ápostolus Eph. 5. idololatras, id est, infideles: quia tota mente & desiderio astuant pro coaceruandis pecunijs: non enim cogitat aut terretur de futura pœna æternā, nec Deo fudit, vel curam suam in illū iactat, vt iubet scriptura, sed tantum fudit suis technis & negotiationi, nec propriam curat conscientiam, quæ illū sèpè arguit, neque ius naturæ, quod docet: Quod tibi vis fieri, alteri feceris: nec leges imperiales, quæ usuram illicitam prohibent: quarè omnis usurarius infidelis & seruus idolorum, id est, pecuniae & mercium suarum. Iusta negotiatio nō prohibetur, modò semper habeatur respectus bonę conscientiæ, atq; ne cessitatis & charitatis erga proximum.

Tertiò, grauissima pœna plectentur usurarij in hac, 3.  
& post hanc vitam à Deo & Ecclesia eius, est enim Deus vindicator pauperum. Sic dicit Propheta Psal. 71. Iudicabit Dominus pauperes populi, & saluos faciet filios pauperum, & humiliabit calumniatorem. Ergo communiter mala morte deceidunt, aut seipso suspendunt, & eorum filij paulatim depauperantur, nam iuxta dictum iuridicum,

*De male quæstis non gaudet tertius hæres.*

Dauid dicit Psal. 14. Quis habitabit in tabernaculo tuo, &c; respondeat, Qui pecuniam suam non dedit ad usuram. Ergo qui usuram facit, is non introbit in tabernaculum Domini. Et Paulus Eph. 5. dicit tales non possessuros regnum Dei. Quarè certissima dānatio manet usurarios, quod antè omnia pödere debet. Insuper iura varias statuunt usurarijs,


Prima

Prima est, quod omnis usurarius est excommunicatus, extra de usuris lib. 6. c. usurarum voraginem: Altera est, quod non debet recipi ad Christianam sepulturam, cum in peccato usurae decesserit, eodem titulo, c. in omnibus. Tertia est, quod non beat absoluui a peccatis, nisi prius de usuris satis fecerit, vel idoneam praestiterit cautionem. Quarta, nullus usurarius testamentis interesse debet, neque elemosyna grata est Deo. nam Eccl. 9. dicitur: *Qui offert de rapina pauperis &c.* Sed inquires, cur non commodum meum prouideam? an non melius usurari, quam furari, vel rapere, vel alio modo proximo damnum inferre? Respon. Deus est verus omnium rerum Dominus, iuxta Psal. 23. Domini est terra, & omnis plenitudo eius: ille iubet dare mutuum de illis suis bonis, & nihil inde sperare: quando nunc seruus rerum temporalium non debito negotiatur cum illis bonis Domini Dei sui, aut contra illius voluntatem, sit ut peccet quam gravissime. Negotiari licet, sed sine fraude & dano proximi: & paucis esse contenti, ut & proximus nostra liquid habeat &c.

## CAPUT XI.

## ARGUMENTA.

1. *Quid sit peccatum luxuria, & quot modis committatur.*
2. *Cui similis sit luxuriosus.*
3. *Quam graue peccatum sit luxuria, & quod damna gravissima mereatur.*



Vxuria est voluptuosus appetitus & opus carnis, coinquinans mentem & corpus. Omnia enim peccata potissimum maculant animam, nempè superbia, inuidia, auaritia &c. Sed luxuria corpus & animam maculat, ideo Apostolus inquit: *Qui forniciatur,*